



# Boletín Oficial

DEL

## Obispado de Osma

Año LV. 15 DE DICIEMBRE DE 1913 Núm. 23.

**SUMARIO:** Edicto de Publicación de la Santa Bula.— Sagrada Congregación de Ritos: Decreto general acerca del último «Motu Proprio» relativo al Oficio divino.—Nómina de Ordenes.—Discurso inaugural leído en el Seminario Conciliar (continuación).—Abolición de la esclavitud: Lista de donativos.

### Publicación de la Santa Bula

Del Emmo. Sr. Cardenal Primado es la siguiente circular:

#### **FRAY GREGORIO MARÍA POR LA MISERICORDIA DIVINA**

DEL TÍTULO DE SAN JUAN ANTE-PORTAM-LATINAM, DE LA SANTA ROMANA IGLESIA PRESBITERO CARDENAL AGUIRRE, PATRIARCA DE LAS INDIAS OCCIDENTALES, ARZOBISPO DE TOLEDO, PRIMADO DE LAS ESPAÑAS, CAPELLÁN MAYOR DE S. M., VICARIO GENERAL DE LOS EJÉRCITOS NACIONALES, CABALLERO GRAN CRUZ DE LA REAL Y DISTINGUIDA ORDEN DE CARLOS III, SENADOR DEL REINO, COMISARIO GENERAL DE LA SANTA CRUZADA EN TODOS LOS DOMINIOS DE SU MAJESTAD, ETC., ETC,

A VOS, NUESTRO VENERABLE HERMANO EN CRISTO PADRE,

*Salud y gracia en Nuestro Señor Jesucristo.*

Por cuanto la Santidad de León XIII, de feliz memoria, se dignó prorrogar, con fecha quince de Septiembre de mil novecientos dos, por el tiempo de doce años, la Bula de la Santa Cruzada, y la Santidad de Pío X, que felizmente gobierna la Iglesia, con fecha



veintidós de Enero de mil novecientos siete, por diez años, la del Indulto cuadragesimal, bajo las bases de que el producto de la primera se había de destinar a las atenciones del culto divino, y el de la segunda a obras de caridad y beneficencia, y que los señores Obispos fuesen Administradores natos, sin dependencia alguna laica, en sus respectivas diócesis;

Por tanto, daréis las disposiciones que creáis convenientes para que en vuestra Iglesia Catedral sea recibida dicha Santa Bula y publicada con la solemnidad que corresponde, a cuyo objeto os remitimos el adjunto sumario de las facultades, indulgencias y privilegios otorgados por aquella concesión apostólica. Asimismo dispondréis que los señores Curas párrocos de vuestra diócesis hagan la predicación en el tiempo y forma que sea de costumbre. y para que las personas que nombrareis para la expedición de sumarios y colectación de limosnas se arreglen a las instrucciones que les diéreis.

La limosna que está señalada para cada clase de sumario es la que en los mismos se expresa, y deben satisfacer las personas que los tomen, según sus categorías sociales y renta de que disfruten, quedando derogados cualquier privilegio o costumbre en contrario. Por la Bula de Ilustres, *cuatro pesetas cincuenta céntimos*. Por la común de Vivos *setenta y cinco céntimos de peseta*. Por la de difuntos, *setenta y cinco céntimos de peseta*. Por la de Composición, *una peseta quince céntimos*. Por la de Lacticinios de primera clase, *seis pesetas setenta y cinco céntimos*. Por la de segunda clase, *dos pesetas veinticinco céntimos*. Por la de tercera clase, *una peseta quince céntimos*. Por la de cuarta clase, *cincuenta céntimos*. Por la de Indulto cuadragesimal de primera clase, *nueve pesetas*. Por la de segunda clase, *tres pesetas*. Por la de tercera clase, *cincuenta céntimos*.

Dado en Toledo a primero de octubre de mil novecientos trece.—† EL CARDENAL AGUIRRE, *Comisario*



*general Apostólico de la Santa Cruzada.*—Por mandato de Su Eminencia Reverendísima el Comisario general de la Santa Cruzada, LIC. PEDRO CADENAS Y RODRÍGUEZ, *Conónigo-Secretario.*

Recibimos con profunda veneración el diploma Pontificio y con el acatamiento debido la comunicación del inolvidable Cardenal Primado Emmo. P. Aguirre y García (q. e. p. d.), y mandamos que se haga la publicación de la Santa Bula el próximo domingo de Septuagésima en nuestra Santa Iglesia Catedral, el de Sexagésima en la Colegiata de Soria y el de Quincuagésima en todas las iglesias parroquiales del Obispado, en conformidad con lo dispuesto en nuestra Circular de 30 de noviembre del año último.

Los Sres. Curas Párrocos, Ecónomos y Regentes darán al acto de la publicación la solemnidad posible, invitando previamente a las autoridades, y exhortarán con insistencia a los fieles a tomar la Santa Bula, explicándoles sus inestimables gracias y los fines piadosos y benéficos a que se destina su limosna.

Burgo de Osma, 6 de diciembre de 1913.

† EL OBISPO.

## SACRA CONGREGATIO RITUUM

### DECRETUM GENERALE

SUPER MOTU PROPRIO «ABHINC DUOS ANNOS»

Cum Ssmus. Dnus. noster Pius Papa X mandaverit, ut quae Motu Proprio *Abhinc duos annos* die 23 praesentis mensis Octobris decrevit, ab hac sacra Rituum Congregatione, iuxta votum specialis Commissionis liturgicae, opportune apteque applicarentur, haec eadem S. R. C., voluntati Sanctitatis Suae, qua par est observancia, obsequens, haec declaranda et statnenda censuit:



**l. —De Dominicis et Festis hucusque Dominicis diebus affixis**

1. Dominicæ quævis assignationem perpetuam cuiuslibet Festi excludunt: idcirco Festa tam universalis Ecclesiae quam alicuius loci propria, quæ hucusque Dominicis assignata fuerunt, celebrentur die fixa mensis qua in Martyrologio inscribuntur, si hæc habeatur; secus prima die qua occurrere potest Dominica in qua hucusque celebrata sunt. Excipiuntur tamen

a) Festum Ssmae. Trinitatis, quod Dominicæ I post Pentecosten assignatum manet.

b) Festum Ssmi. Nominis Iesu, quod ab omnibus celebrabitur in Dominica quæ occurrat a die 2 ad 5 Ianuarii, et si ea non occurrerit vel impedita fuerit ab Offici nobiliori, die 2 eiusdem mensis.

c) Solemnitas S. Ioseph, Sponsi B. Mariae Virg., Conf. et Ecclesiae universalis Patroni, quæ assignabitur Ferie IV ante Dominicam III post Pascha occurrente, et in ea cum sua integra Octava recoletur, reducto ad ritum Duplicem II classis alio festo S. Ioseph die 19 Martii.

d) Festum S. Ioachim, fixe celebrandum die 16 Augusti, inde in sequentem diem 17 translato Festo S. Hyacinthi.

e) Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, quod, seorsim ab Anniversario Dedicationis aliarum Ecclesiarum Dioecesis, in tota Dioecesi die ipsa anniversaria celebrabitur, si ea innotescat: secus alia die fixa arbitrio Episcopo, audito tamen Capitulo Cathedrali, semel pro semper designanda.

f) Anniversarium Dedicationis propriae Ecclesiae, quod pariter, si hucusque sua propria die a singulis Dioecesis Ecclesiis celebratum est, ipsa die celebrari pergat: si vero in tota Dioecesi vel Instituto unica die recoli consuevit Dedicatio omnium Ecclesiarum Dioeceseos, hæc, extra Ecclesiam Cathedralem, in Ecclesiis consecratis tantum, non vero in aliis recoli poterit,



die ab Ordinario, ut supra, designanda, quae tamen alia sit a die Dedicationi Ecclesiae Cathedralis recollendae assignata. Quae item observentur de Anniversario Dedicationis omnium Ecclesiarum alicuius Ordinis seu Congregationis, quod hucusque in Dominica celebrari consueverit.

g) Festa Sanctorum vel Beatorum, quorum mentio non fit in Martirologio, quae tamen celebranda sunt, iuxta Rubricas, die eorum natali, si agnoscat, dummodo per Litteras Apostolicas alius dies non fuerit assignatus.

h) Festa quae certis Dominicis post Pascha vel post Pentecosten affixa sunt, quae semel ab Ordinario, ut supra, assignanda erunt congruentiori Feria infra Hebdomadam immediate praecedentem.

2. Ubi Solemnitas externa Festorum, quae hucusque alicui Dominicae perpetuo affixa erant, in ipsa Dominica celebratur, de Solemnitate Festi Duplicis I classis permittuntur Missae omnes, praeter Conventualem et Parochialem, semper de Officio diei dicendas; de Solemnitate vero Festi Duplicis II classis permittitur tantum unica Missa sollemnis vel lecta. Excipitur Solemnitas externa Ssmi. Rosarii, quae Dominica I Octobris celebrari poterit cum omnibus Missis, praeter Conventualem et Parochialem, de Ssmo. ut supra dictum est de Duplicibus I classis.

Omnes Missae de his Solemnitatibus in Dominica celebratis semper dicantur ut in ipso Festo de quo agitur Solemnitas, addita Oratione de Officio diei et aliis omnibus quae dicendae essent, si festum ipsa Dominica incidisset. Prohibentur tamen in omnibus Dominicis maioribus, et in aliis Dominicis in quibus fiat Officium nobilius ipso Festo cuius Solemnitas externa peragitur; sed in casu, praeterquam in Duplicibus I classis Domini Ecclesiae universalis, in omnibus Missis quae alioquin de Solemnitate externe celebrata permitterentur, addatur eius Oratio sub unica conclu-



sione cum prima. Ubi tamen ad est obligatio Missae conventualis, non permittitur in casu alia Missa solemnis, sed Oratio de Festo externe tantum celebrato addi poterit, uti supra, in ipsa Missa Conventuali.

3. Dominicae II, III et IV Quadragesimae, ad gradum Dominicarum I classis evectae, nuli in posterum cedent Festo, neque etiam Duplici I classis.

Dominica autem quae occurrat die 2, 3 vel 4 Ianuarii, si in ea celebrandum non sit, iuxta Rubricas, Festum Sanctissimi Nominis Iesu aut aliud Festum Domini, et dummodo de ipso Domino nulla fiat Commemoratio neque occurrens, neque concurrens, commemoretur in Otrisque Vesperis, Laudibus et Missa, per Antiphonas, Versus et Orationes Dominicae infra Octavam Nativitatis, sed de ea non dicitur IX Lectio Homiliae nec legitur Evangelium in fine Missae.

Officium vero Dominicae quae post Epiphaniam, superveniente Septuagesima, vel post Pentecosten, superveniente Dominica XXIV, anticipari debet, celebretur in Sabbato praecedenti ritu Semiduplici, cum omnibus privilegiis Dominicae tam in occurso quam in concursu ad I Vesperas. Omnia dicentur de Sabbato, et in I Vesperis, de Feria VI praecedenti, praeter Orationem, Lectiones, Antiphonam ad *Benedictus* et Missam propriam; et post Nonam nil fit amplius de Dominica anticipata.

## II.—De Octavis

1. Octavae Paschatis, Pentecostes, Epiphaniae, Sanctissimi Corporis Christi, Nativitatis Domini et Ascensionis sunt privilegiatae, et de eis, si quando integrum faciendum non sit Officium, semper tamen fit Commemoratio in Laudibus, Missa et Vesperis. Eorum Officium integre recitatur ut in die Festo praeter ea quae suis locis adsignantur.

2. In Officio autem tum de die infra Octavam, tum de die Octava aliorum quorumlibet Duplicium I clas-



sis, etiam Domini, Antiphonae et Psalmi ad omnes Horas et Versus Nocturnorum dicantur de occurrenti hebdomadae die, et Lectiones I Nocturni, nisi habeantur propriae, vel, Lectionibus de Scriptura deficientibus, sumi debeant de Festo aut de Communi, dicuntur, cum suis Responsoriis de Tempore, ut infra dicetur. Dies autem Octava huiusmodi, etiam Domini, tam in occurſu, quam in concursu, cedit cuilibet Dominicae.

3. De Octavis vero Duplicium II classis universalis Ecclesiae nihil fit nisi in die Octava, et quidem sub ritu Simplicis: ita ut si occurrat in eo aliquod Officium Duplex vel Semiduplex, etiam repositum vel translatum aut Feria maior vel Vigilia, de die Octava huiusmodi fiat tantum Commemoratio iuxta Rubricas. Festa vero Simplicia occurrentia commemorantur in Officio de die Octava: cui cedit etiam Officium S. Mariae in Sabbato, in casu omittendum:

Idem servatur de Octavis Duplicium II classis alicuius Dioecesis vel particularis Ecclesiae, quae pariter, nisi penitus omitti velint, tantum in die Octava, et sub ritu Simplicis celebrandae erunt.

4. Octavae Festorum particularium post diem Nativitatis Domini non amplius impediuntur.

5. Lectiones II et III Nocturni singulis diebus per Octavas Festorum Duplicium II classis Ecclesiae universalis hucusque assignatae, inserantur in Octavario Romano: non vero Lectiones I Nocturni, etiam si habeantur propriae.

### III.—De Responsoriis de Tempore, de Lectionibus ex Scriptura Occurrenti, et de aliis partibus Officiorum propriis.

1. In Officiis tam novem quam trium Lectionum, quandocumque sumuntur Lectiones de Scriptura occurrenti, cum eis abhibeantur Responsoria de Tempore: ita tamen ut Lectiones Dominicae cuiuslibet, etiam si reponantur intra hebdomadam et simul cum Lectionibus de Feria dicantur, sumant semper Responsoria



de I Nocturno ipsius Dominicae; Lectiones vero de Feria, si trasferantur vel anticipentur, dummodo tamen simul cum Lectionibus Dominicae non dicantur, suman Responsoria de Feria currenti, in Feriis Temporis Paschalis noviter disponenda. Excipiuntur tamen:

a) Lectiones de Scriptura occurrenti infra Octavas privilegiatas Ecclesiae universalis recitandae, quae semper dicuntur cum Responsoriis de Octava.

b) Lectiones de aliquo Initio Scripturae occurrentis, quae necessario ponendae sint, iuxta Rubricas, in Officiis Lectiones proprias vel de Communi assignatas habentibus, quaeque dicuntur cum Responsoriis propriis de huiusmodi Officiis, si habeantur, secus cum Responsoriis de Tempore, numquam vero de Communi.

c) Lectiones de Scriptura in Dominicis post Epiphaniam positae, quae si infra hebdomadam trasferantur, dicuntur cum Responsoriis de Feria currenti.

d) Responsoria Feriae II infra Hebdomadam I post Epiphaniam et Feria II infra Hebdomadam I post Octavam Pentecostes, quae, si sua die impediuntur, ulterius transferuntur, iuxta proprias Rubricas.

2. Responsoria quae in Festis S. Luciae Virg. et Mart., Ss. Ioannis et Pauli Mm., et S. Clementis Papae et Mart. in I Nocturno habentur propria, ponantur in II Nocturno, loco Responsorium de Communi, et in I. Nocturno dicantur Lectiones de Scriptura occurrenti cum Responsoriis de Tempore.

3. Similiter omnia quae in Festo S. Elisabeth Reginae et Viduae, habentur propria, praeter Invitatorium, Hymnos, Lectiones II Nocturni, Versus ad utrasque Vesperas et Laudes, Antiphonas ad *Magnificat* et ad *Benedictus*, et Orationem, expungantur, et in I. Nocturno item dicantur Lectiones de Scriptura occurrentium Responsoriis de Tempore.

4. In Commemoratione Omnium Fidelium Defun-



ctorum, Psalmi ad Completorium et alias Horas minores, non amplius sumantur de occurrenti hebdomadae die, sed proprii assignentur.

**IV,—De ocurrence et translatione festorum, eorumque concurrentia.**

1. Festa Duplicia I et II classis, tan Ecclesiae universalis quam alicuius loci propria, impedita etiam perpetuo, quocumque sublato privilegio hucusque certis Festis concessa, transferantur in primam sequentem diem non impeditam a Dominica quavis vel Vigilia Epiphaniae, ab alio Festo Duplici I vel II classis, vel ab Officiis eiusmodi Festa respective excludentibus. Eadem Festa, tam I quam II classis, in II Vesperis non admittunt Commemorationem sequentis diei infra Octavam, neque cuiusvis Officii Simplicis, etiam si postera die integrum de eis celebrandum sit Officium.

2. Festa vero Duplicia maiora vel minora aut Semiduplicia, quae in universa Ecclesia celebrantur, si accidentaliter vel perpetuo impedita fuerint, non transferuntur, sed de eis fit Commemoratio iuxta Rubricas, et legitur IX Lectio historica. Si tamen Festum impediens fuerit Duplex I classis Domini Universalis Ecclesiae, nil fit de Festo ut supra impedito: si vero fuerit aliud Duplex I classis, de Officio impedito fit Commemoratio tantum in Laudibus et in Missis privatis, et non legitur IX Lectio. Idem servatur de Festis propriis alicuius Nationis; Dioecesis, Ordinis vel Instituti, quae pariter, si in aliqua particulari Ecclesia suo die fuerint impedita, commemorantur vel omittuntur, ut supra. Festa autem propria alicuius Nationis, Dioecesis, Ordinis, Instituti vel particularis Ecclesiae, quae in tota Natione, Dioecesi, Ordine, Instituto vel in sua particulari Ecclesia impediuntur, si impedimentum sit accidentale, pariter commemorantur vel omittuntur ut supra: si impedimentum sit perpetuum, reponantur in proximiorum diem ab Officio Duplici, a Festo Semidu-



plici, a Vigiliis privilegiatis et ab Octavis II ordinis non impeditam.

De huiusmodi vero Festis Duplicibus maioribus seu minoribus vel Semiduplicibus, quae perpetuo vel etiam accidentaliter impediuntur, dici poterunt Missae privatae ad libitum sacerdotis, dummodo Officium impediens non fuerit Duplex I vel II classis, Dominica quaevis, Octava I et II ordinis, dies Octava III ordinis, Feria aut Vigilia privilegiata. Haec Missa dicitur ritu festivo, cum 2.<sup>a</sup> Oratione de Officio diei et aliis de Commemorationibus forte occurrentibus.

3. Festa quae hucusque tam in Ecclesia universali, quam in particularibus locis sub ritu Semiduplici ad libitum sunt celebrata, reducantur ad ritum Simplem, de eisque fiat Commemoratio quoties impediuntur, ut fit de aliis Simplicibus iuxta Rubricas. Festum tamen S. Canuti cedit Festo Ss. Marii, etc. Mm., ideoque in eius Officio commemoratur.

4. Si Patronus loci secundarius, vel alius Sanctus proprius descriptus sit in Kalendario cum aliis Sanctis, ab eis non separetur, sed de omnibus simul celebretur Festum sub ritu Duplici maiori vel minori, aut Semiduplici, iuxta Rubricas, nisi sub altiori ritu in Kalendario sit descriptum.

5. Quando Festum aliquod Duplex maius aut minus, vel Semiduplex occurrat in die Octava Duplici maiori non privilegiata eiusdem Personae, Officium fiat de Festo, sub ritu diei Octavae convenienti, omisa vel addita Commemoratione eiusdem Octavae, iuxta Rubricas.

#### V.—De reformatione Kalendariorum Particularium.

1. Ut vero omnia quae hoc decreto praescribuntur rite executioni mandentur. singuli Ordinarii, etiam Ordinum Regularium et Moderatores generales Institutuum cuiusvis generis quae Kalendario proprio utuntur, supplicem libellum, iuxta Instructionem huius S. R. C. die 12 Decembris 1912, in *Actis Apostolicae*



*Sedis* die 1 Martii praesentis anni editam, ad eandem S. C. infra proximum mensem martium anni 1914 transmittant. Qui tamen post editam Constitutionem *Divino afflatu*, proprii Kalendarii iam obtinuerint reformationem, ex officio novam ab eadem S. Congregatione sine ullis expensis recipient.

2. In hac Kalendariorum reformatione, praeter ea quae superius disposita sunt de Festis quae hucusque Dominicis affixa erant, sequentes serventur normae:

a) Anniversarium Dedicationis Ecclesiae Cathedralis, etiam ubi hucusque die fixa celebrari consuevit una cum Dedicatione aliarum Ecclesiarum, seorsim celebretur, iuxta superius decreta de eisdem Anniversariis hucusque diei Dominicae affixis.

b) Festa propria, nisi aliter per Apostolicas Litteras dispositum fuerit, celebranda erunt ipsa die natali, si agnoscat; secus, ponantur in aliqua die quae libera sit in Kalendario.

c) Duo vel tres Sancti qui sub eodem Comuni comprehendantur, sicubi occurrant eadem die et sub eodem ritu sint celebrandi, unico Festo recolantur, adhibitis iis singulorum Communium partibus, quae pro pluribus Sanctis qualitatis eiusdem assignantur, et contractis Lectionibus historicis III Nocturni, quae tamen huic S. R. C. adprobandae submittentur. Eadem norma servetur pro festis eiusdem Communis, quae ab anterioribus diebus sint reponenda.

d) Festa S. Bartholomaei Ap. et S. Ludovici Regis Conf. in omnibus et singulis Kalendaris, Romano non excluso, fixe diebus 24 et 25 Augusti respective assignentur, non obstante quacumque consuetudine aut privilegio. Ubi vero solemnitas externa die 25 et 26 respective celebretur, his diebus permittitur unica Missa cantata vel lecta de ea Solemnitate, ut supra statutum est pro Festis diei Dominicae hucusque affixis.

e) Privilegium quibus nonnullae Dioeceses vel In-



stituta gaudent, sese scilicet conformandi Kalendario Cleri Romani, aut alicuius Ordinis seu Congregationis, et alia huiusmodi, penitus aboletur.

Quae omnia, per infrascriptum huius S. Rituum Congregationis Secretarium, Sanctissimo Domino nostro Pio Pp. X in audientia diei 26 praesentis mensis Octobris relata, Sanctitas Sua dignatus est approbare, et ab omnibus servari mandavit. Consulens autem eadem Sanctitas Sua pauperum praesertim clericorum indemnitati, Apostolica benignitate permittit, ut hi, pro prudenti arbitrio Episcopri, Breviaria quibus in praesenti utuntur, sine novi libelli additione, adhibere adhuc valeant, dummodo, iuxta Rubricarum praescriptum, novum ordinem Psalterialem omnino servant. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 28 Octobris 1913.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† Petrus LA FONTAINE, Ep. Charyst., *Secretarius*.

## NÓMINA DE ORDENES

Nuestro Ilmo. y Rvdmo. Sr. Obispo se dignó conferir Órdenes *extra tempora* en el Convento de Padres Pasionistas de Peñaranda de Duero, el domingo 14 de los corrientes, a los religiosos que se expresan a continuación:

### Sagrado Diaconado.

Fr. Severino de la Pasión.

- > Lucas de San Juan Bautista.
- > Antonio de la Virgen del Carmen.
- > Asterio de San Pedro.
- > Felipe de Santa Teresa.
- > Blas de San Ignacio.
- > Benito de San José.

### Sagrado Subdiaconado.

Fr. Sebastián de la Virgen de los Dolores.

- > Mariano de la Preciosísima Sangre.
- > Jenaro de San Francisco.
- > Ildefonso de María Virgen.
- > Jacinto de San Pablo de la Cruz.
- > Eutiquio de Santa Cecilia.



Discurso Pronunciado en la solemne Apertura del curso de 1913-1914 en el Seminario Conciliar de Osma, por el Dr. D. Ildefonso Alvarez Egido Profesor de S. Teología.

(Continuación)

Pero y ¿para qué cansarnos en buscar en los pasados tiempos y en las naciones extranjeras ejemplos fehacientes de lo que puede la bestia humana, cuando se la alimenta con crápula de ateísmo y libaciones de libertinaje?—No hace todavía un lustro, que una de las más hermosas ciudades de nuestra desgraciada España vió pasar ante sus ojos atónitos las escenas macabras de la semana roja, durante la cual, una chusma salvaje, educada para el anarquismo en esas escuelas llamadas neutras, donde se predica el odio a toda religión y la rebelión contra todo lo existente, sembró sus calles de escombros y de ruinas, de incendios y de sangre.

Cuando el gran Aparisi escribía que «en una nación en que, con olvido de Dios, se menosprecia al sacerdote y se mofa al magistrado, la revolución siempre está preparada; está cargada la mina, y solo falta quien aplique la mecha» no hacía más que recoger una verdad cien veces enseñada por la historia. Por esto el librepensador Deherme no ha podido menos de reconocer que la pornografía, el alcoholismo, la despo-blación, los divorcios, las locuras, los suicidios, la prostitución y la criminalidad son frutos envenenados de la escuela laica, confesando de plano que, cuando los hombres no escuchan la moral, la desgracia los castiga.

En vano sería luchar contra la evidencia, y la evidencia dice y clama que la escuela laica o neutra, es todo eso, es prácticamente atea y por consiguiente lleva consigo el desprecio a la religión y a la justicia; siendo por lo mismo, según hace notar un escritor, «el más poderoso agente de disolución social, semille-



ro fecundo de doctrinas antipatrióticas y rencores infernales, taller de aprendizaje para regicidas y presidiarios, centro de propagandas furiosamente antirreligiosas y sectarias, que solo pueden formar cerebros desorganizados a lo Ferrer y almas desequilibradas a lo Morral. El mayor azote que puede descargar sobre un pueblo es la aclimatación y el reconocimiento de la escuela laica, que al rebajar el nivel moral de los pueblos, lleva consigo los síntomas todos de descomposición social.

\* \* \*

*Et nunc, reges, intelligite; erudimini qui iudicatis terram.*  
Y ahora, oh reyes, entended: tomad enseñanzas los que juzgáis la tierra.—Es evidente que el hecho de la religión es tan universal en los pueblos, que negarlo sería cerrar voluntariamente los ojos, para no ver luz en pleno día; no puede negarse que la religión, aun en sus formas irracionales y absurdas ha sido, merced al rayo luminoso de la verdad que no se ocultó por completo, la inspiradora de cuánto hubo de grande en el mundo pagano; con luz meridiana brilla que el progreso, el verdadero progreso que consiste en el conocimiento de la verdad, en la realización del bien, en la aspiración a lo bello y a lo sublime, tienen su origen sólo en el Cristianismo y es un efecto de su acción profundamente civilizadora.—Por el contrario, pensadores ilustres, beneméritos de la religión y de la patria, y escritores ateos y librepensadores, la razón, con lógica severa e inflexible, y la historia con hechos innegables, han puesto de manifiesto el relajamiento moral y social a que la irreligión y el apartamiento de Dios han conducido a los pueblos.

Pues bién; si las mismas causas en iguales circunstancias producen siempre los mismos efectos; si de las mismas premisas es forzoso deducir idénticas consecuencias, vean los poderes públicos adonde conduce por línea recta la escuela neutra.



Porque, cierto; que la religión, ese aleteo del espíritu humano, como ha dicho un escritor, hacia las altas esferas, en que mora la divinidad, no podrá con nada contrarrestarse; esa elevación del alma, enamorada de Dios o desengañada del hombre, a las serenas regiones donde tienen su asiento la paz, la justicia y la caridad, no podrá en manera alguna detenerse. Cierto también que la Iglesia Católica, que se concreta e individualiza en la reunión de los fieles y pastores de Cristo, impelidos todos por un Credo que comienza en la confesión indubitable de un Dios uno y trino y termina con la creencia en una vida futura, espléndida remuneración de cuantos armonizan sus actos con su fe, no desaparecerá de la tierra sino con el postrer latido del último mortal; porque, Roma, que es su centro, será siempre, en frase de Donoso, como la casa puesta en la cima más alta de los montes, que, aunque todos los vientos la sacudan, la mirarán todos los ojos y la saludarán todas las lenguas, porque tiene en su favor la promesa infalible de Jesucristo, el peso de las antiguas tradiciones, las páginas brillantes de su historia y la ejecutoria de veinte siglos felizmente sorteados a través del cúmulo de escollos que la perversidad sectaria sembró en los senderos de su vida. (Continuará)

## COLECTA PARA LA ESCLAVITUD DE AFRICA

1913

Pts. Cts.

<i>Suma anterior</i> .....	23	85
Olmillos.....	2	75
San Martín de Rubiales,.....	2	>
Fuentelisendo .....	1	50
Olmedillo .....	2	>
Villovela .....	1	>
Cabrejas del Pinar.....	>	90
Rejas de San Esteban.....	>	50
Valdegeña .....	1	50
Fresno de Caracena.....	1	80



Aldehorno.....	1 50
Serón.....	1 50
Gormaz.....	1 10
Villaescusa de Roa.....	3 40
Valderrueda.....	6 85
Derroñadas.....	1 50
Hinojar del Rey.....	2 50
Villabuena.....	6 »
Chércoles.....	3 50
D. Rafael G. Peñuela, Médico de idem.....	5 »
Morcuera.....	4 »
Valdenarros.....	1 50
Hinojosa del Campo.....	5 25
Valderrodilla.....	1 »
Talveila.....	1 25
Sotos del Burgo.....	1 25
Mosarejos y Galapagares.....	1 50
Coruña del Conde.....	7 »
Villanueva de Gormaz (1912 y 1913).....	4 50
Fuentearmegil.....	1 50
Berlangas de Roa.....	2 25
Lodares de Osma.....	1 05
Mazaterón.....	1 »
Miñana.....	1 25
Cabrejas del Campo.....	1 50
Villanueva de Carazo.....	1 »
Camparañón.....	2 25
Peñacoba.....	1 25
Matanza.....	3 »
Fuentspina.....	2 75
Abejar.....	2 »
Soto de San Esteban.....	1 15
Nafría la Llana.....	1 50
La Mallona.....	» 60
Rioseco.....	1 50
La Aldehuela.....	» 50
Calatañazor.....	» 50
Muriel de la Fuente y Abioncillo.....	» 35
Vadillo.....	2 »
Pinilla de los Barruecos.....	1 50
La Ventosa.....	1 »
Cuevas de Soria.....	» »
Quintanas Rubias de Arriba.....	2 50
Esteras de Lubia.....	1 62
Peñalba de Castro.....	2 »
Villalba de Duero.....	3 »
<b>SUMA.....</b>	<b>317 97</b>